



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Eucharist.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

teat aditus ad Papam, aut Nuntium, potest dispensare. *Naua. c. 22. n. 85. Graff. l. 2. c. 80. nu. 14. Syl. Dispensatio q. 9. Sanchez l. 2. c. 40. n. 3. t. 1. de matrim. excommuni, contra Sor. & alios.*

## E VCHARISTIA.

**1.** **Q**ui in Pascha communicauit, si in articulo mortis non communicet ex negligentia quadam, sine contemptu, non peccat mortaliter. *Syl. Euchar. 3. n. 3. & Caiet. Communio.*

\* *Fu. Communio nu. 4. ex Caiet. Syl. Communio 3. n. 1. Vide Tol. lib. 6. c. 18. in fine.*

**2** Debere etiam morte puniendis dari communionem, affirmant quidam, alij posse ex causa negari, & excusari in Iudices consuetudine, de qua *Couar. lib. 2. variar. c. 1. nu. 11.* quod si detur, posse vna hora ante mortem dari, & non ieiunis, etiam si comedissent; est enim viaticum.

\* *Nau. miscel. 4. de oratione, Syl. Euch. 3. nu. 7. Tol. l. 2. c. 28. Sor. d. 12. q. 1. art. 2. col. 7.* improbat Hispanorum morem ad mortem damnatis non concedentium Eucharistiam: etiã heretico relapso piẽ petenti. *Syl. Eucharistia 3. num. 7. c. Super eo de heret. l. 6.*

{ Viaticum } & tales sunt in articulo mortis & possunt fieri ex attritis contriti. *Sor. l. c. Romæ 4. horis ante mortem Eucharistia reo datur. Nau. l. c.*

Consuetudo Hispanorum negantium reis inter-

interficiendis Eucharistiam sublata est motu proprio Pij Quinti 1569. cui lex regia accessit.

*Suar. t. 3. d. 69. sect. 3. fine.*

Vide *Carb. de sum. Euch. c. 4. in fine Ang. Euch. 3. nu. 17.*

3 Non est in usu ut amentibus, etiam in mortis articulo detur, ob irreuerentiæ periculum.

\*Si absit irreuerentiæ periculum amenti factio, non nato, dari potest Euch. in mortis articulo; imò debet dari, si antequam amens fieret, signa pij animi edidit. *Suar. l. c. sect. 2.*

4 In articulo mortis, absente Presbytero potest communionem dare Diaconus, non autem laicus, etsi id etiam quidam concedunt. Quod autem extra eam necessitatem possit etiam committente Presbytero, etsi quidam putant, ego non puto. In ea verò posse etiam prohibente Presbytero, & nolente, probabile est ex Papæ ratihabitione, ut potest Religiosus alioqui iure prohibitus, etiam tunc dare Baptismum, & Communionem, & extremam Vnctionem.

\**Sot. d. 13. q. 1. ar. 3. Val. t. 4. d. 6. q. 10. p. 1. Sua l. c. Dur. testatur visum à se Cardinalem Diaconum administrantem Eucharistiam Sacerdotibus dum Papa Cardinalibus exhiberet. Sot. l. c. In ea vero? Sot. Val. l. Tol. l. 6. c. 17.*

5 Qui semel sumpto viatico, optat sæpius in ea ægritudine comunicare, posse id etiam

1 3 non.

non ieiunium, vt quia non potest nisi sumpta medicina communicare, affirmant viri docti: quod non audeo improbare.

\**Nau. consil. 10. de cel. miss. Fu. vers. Communio nu. 18. Suarez d. 66 sect. 5. Tab. Communio nu. 48. Graff. l. 3. c. 38. n. 32.*

6 Eucharistia non est deferenda ad ægrotum, qui eam non potest sumere. *Ex Congreg. Concil.*

7 Qui in Pascha transgressus præceptum non communicauit, non peccat iterum mortaliter, si postea non communicet, etsi quidam contrarium affirmant. Semel enim tantum id præceptum obligat, scilicet in Pascha, vt & præceptum de Confess. semel solū quolibet anno.

\**Sot. d. 18. q. 1. art. 4. V. i. nu. 148. Val. t. 4. d. 6. q. 8. p. 4. Bart. Med. lib. 1. c. 14. §. 42. Io. Med. q. de confess. semel in anno faciend. Fum. com. nu. 6. Syl. Euchar. 3. nu. 17. Tol. 6. c. 18.*

{*Contrarium*} *Nau. c. 21. n. 45. Graff. l. c. n. 25. Suarez l. c. d. 66. sect. 4. Figuer. & Palu. ab eo cit. Azor. l. 7. c. 40. q. 5.*

8 Qui per octo dies ante vel post Pascha, communicat, præcepto satisfacit, & qui longè post, ex consilio Confessoris.

\**Nau. l. c. Suar. d. 70. sect. 2. Mediolani morem esse aiunt, vt quolibet Quadragesimæ die Communionis præcepto satisfieri possit, & in Hispanijs Azorius l. 7. c. 40. q. 4. Vide Tol. l. 6. c. 18.*

9 Debent Laici qui Regularibus seruiunt in propria Parochia communicare in Pascha. *Ex Cong. Conc.*

10 Mēdicātes, & qui eorum priuilegijs gaudent, possunt quibusuis dare communionē, vno Resurrectionis die excepto: possunt & illo cum licentia Parochi, aut si communicaturus alio die satisfaciat Parochiæ, quamquam Nauar. & alij quidam non improbabiler, sentiunt illo die non posse sine licentia, alio verò posse, etiamsi communicaturus velit ecclesiæ præcepto satisfacere.

\*Vide *Val. l. c. ita Sua. d. 72. sect. 2. col. 7. contra Nau. c. 21. nu. 32. & alios vide Azo. l. c. q. 7.*

11 Satisfacit Sacerdos in Pascha celebrans quouis loco.

12 Excusantur pueri etiam post annum duodecimum præcepto prohibentium communicare parentum; parentes verò excusantur recepta consuetudine.

\*Admittendi pueri ad Eucharistiam dum vsu rationis pollere incipiunt, quod sæpè accidit anno 10. *Sot. d. 12. q. 1. art. 9. Val. l. c. p. 4. Vide etiam Lopez p. 1. c. 11. Medinam. c. 14. §. 42. l. 1. Confessarius de obligatione iudicium feret: neque statim tenetur, cum potest, puer sacram synaxim sumere, sed, vt aptior ad eum sit, ex vsu ecclesiæ vnum, aut duos annos expectare potest. *Suar. d. 70. sect. 1. indiuisibilis terminus præscribi nequit, alijs enim**

citiùs, alijs tardiùs illucescit rationis radius. videtur autem concludi terminus à 10. vsque ad 26. ætatis annum. *ibid.*

Vide *Azor. l. 7. c. 41. q. 10. de hac re Vin. de Euchar. n. 99. Naua. c. 21. n. 57. Cord. cas. 60.*

13 Qui in Pascha habet casus reseruatos nec potest adire Superiorem, absoluatür à ceteris, si non est impeditus Excommunicatione aliqua reseruata, & communicet, absolueudus postea à reseruatis, cū ei fuerit opportunum. Quod si caret Confessore, & sequeretur scandalum, si tunc aut alio tempore non communicaret, aut celebraret, potest cum sola contritione, & proposito quam primum possit confitendi communicare, etiamsi sit excommunicatus, & celebrare.

\*Vide *Val. d. 7. q. 9. p. 1. Suar. d. 66. sect. 4. col. 3. Vict. num. 79. Sor. d. 17. q. 2. art. 5. Fu. Communio nu. 3.*

Excommunicatum non posse, ad vitandū scandalum suscipere Eucharistiam, ait *Sor. d. 12. q. 1. art. 4. Couar. in c. Alma. §. 2. nu. 11. cōtra quos Nau. c. 27. nu. 239. Lopez q. 2. c. 93. Syl. Euch. 2. nu. 2. Castro de lege pæ. l. 2. c. vlt. Angles de Euch. pag. 101. Cord. casu 142. Viual. de Euch. nu. 125. Azor. l. 10. c. 31. q. 6.*

14 Nō licet vnquā accipere cōmunionē, nisi à proprio Sacerdote, nisi cum creditur ei placere. Videtur autem sufficere in Ecclesijs Religioforum, qui ex priuilegio possunt omnes

com-

communicare, vt Superior, vel Sacrista det  
ad id licentiam Sacerdoti sæculari.

\*Mortale crimen est Eucharistiam sine iurisdictione, aut facultate ministrare *Suar. d. 72. sect. col. 2.*

Sufficit autem probabilis præsumptio cōsensus Parochi, *ibid. & Nau. c. 21. nu. 52.*

15 Potest Sacerdos communicaturo dare partem suæ Hostiæ, si alia non est.

16 Parochus in Pascha, & mortis articulo, non potest negare communionem subdito petenti, etiamsi ex Confessione sciat illum esse in peccato, nec alius Sacerdos paratus ministrare, potest negare publicè petenti: se-  
cus est si occultè, aut si à Parocho non ministrante alijs, petatur extra supradictos casus.

\*Vide *Val. d. 6. q. 8. p. 3. Sor. d. 12. q. 1. art. 6. Nauar. c. 21. nu. 55. Syl. l. c. 3. num. 7. Vival. de sacram. in genere nu. 18. Suar. d. 67. sec. 1. 2. 3. 4.*

17 Publicum peccatorem oportet, priusquàm communicet, tollere scandalum per aliquam satisfactionem Potest quidem de eius licentia Confessor dicere esse emendatum: potest & emendato clam communionem dare; cessat enim scandalum.

\**Val. l. c. ex Palud. Viñ. man. 80. Suar. d. 67. sect. 2. Vide Med. li. 1. c. 14. §. 42. Sor. d. 12. q. 1. art. 6. Graff. l. 2. c. 38. nu. 29.*

18 Iniuste excommunicato potest dari cōmunio, si absit scandalum.

19 Potest communicari quavis diei hora, & quouis die etiam in Parasceue. Vide *Rat. diu. Off. l. 6. c. 75. Almar. l. 1. Off. c. 12. Io. Belet. c. 99. Ord. Rom. lib. Sacr. 5. Greg. 2. to. 20. Liturgie.*

\* *Ang. Euch. 3. nu. 36. Syl. ib. nu. 15. Viu. de. Euch. nu. 150. Azor. l. 10. c. 25. q. 8.*

20 Posse statim comedi post communionem, quidam dicunt: mihi non probatur, sed nec reprehenderim facientes ex rationabili causa.

*Suar. d. 66. sect. 4. fine, Val. l. c. Sor. l. c. ar. 8. Syl. Euch. 3. nu. 9.*

21 Comunicare post copulam conjugalem licere quidam dicunt, certè licet ei qui solum reddidit: at qui petijt, non peccat quidem mortaliter communicando: Imò nec qui post pollutionem voluntariam quam confessus est. Ego tamen differendam communionem censerem, ob reuerentiam.

\* *Vide Vist. num. 81. Suar. d. 68. sect. 2. vbi de conjugali copula, & de nocturna pollut.*

{Ego} *Med. l. c. c. 14. §. 42.*

22 Accedere ad communionem cum affectu alicuius peccati venialis, non videtur esse nouum peccatum, nec impedire Sacramenti effectum, etsi quidam aliter sentiant.

\* *Vide Vial. l. c. nu. 108. Vist. nu. 76. Syl. l. c. 4. numer. 4. putat per veniale impediri gratie incrementum.*

23 Qui se putat bona fide dispositum, nec sibi con-

bi conscius est alicuius peccati mortalis, fit de attrito contritus virtute Sacramenti. Non dicitur autem cum conscientia peccati accedere, qui dubitat quidem, sed non putat, prae- terea dubium deponendo.

\*Vide *Suar. d. 28. sect. 2. col. 4.*

Attritio nota non sufficit. *Suar. d. 66. sect. 5. col. 2.*

{Bona fide} *Sot. d. 1. q. 1. art. 4. col. 13.*

24 Accedens ad Communionem, si recor- datur alicuius peccati mortalis, & non potest sine nota discere, communicet, postea quam- primum confessurus.

\**Vitt. nu. 79. Vide Suar. l. c. sect. 4. col. 4.*

25 Communicantem in peccato mortali, sa- tisfacere praeccepto Ecclesiae quidam negant, alij probabilius concedunt.

\*Negant {*Capriol. 2. d. 41. q. 1. art. 3. Dur. 2. d.*

28. q. 4. } Concedunt {*Conar. in c. Alma. 1. p. §. 5. Cod. q. 15. Sua. d. 70. sect. 2. col. Sot. ab eo cit. 2. l. 2. q. 3. ar. 10. Lopez q. 1. c. 11. Med. lib. 1. c. 14. §. 42. Carb. c. 3. de Euch.*

26 Potest laicus in necessitate Sacramentum tangere, ut si in terram cadat.

\* *Sot. d. 13. q. 1. art. 3.* immo laicus sibi ipsi Euch. praebere potest, dum imminet mors, & nullus adest Sacerdos, *Caiet. in Math. Sua. d. 72. sect. 3. fine;* quod fecit Scotiae Regina mar- tyrio coronanda. *ibi.*

27 Traiectum aliquid contra voluntatem, ut pa-

vt parum aquæ per modum saluæ dum os  
abluitur, non impedit communionem.

\* *Suar. d. 68. sect. 4. col. 2. Val. d. 6. p. 8. p. 3.*

28 Non impedit communionem non dormisse nocte aut cibum non digessisse.

\* *Suar. l. c. col. 3. D. Th. 3. p. Syl. l. c. 3. nu. 9. Gab. in can. lect. 10.*

29 Potest, qui communicauit, si est ieiunus, iterum communicare, ne hostia perdatur, aut corrumpatur.

\* *Suar. d. 69. sect. 4. col. 2.*

30 Sacramentum correptum comburendū, & cineres iuxta altare sepeliendi. *Ex Penitent. Rom. tit. 5. c. 9.* Quod si erat sanguis, expedit prius in stuppa sicari.

31 Non est necesse, pyxidem vbi reponitur Sacramentum, esse consecratam, nec Sacerdotem, cum Eucharistiam ministrat extra sacrum, habere stolam. Ita aliqui docent, sed oppositum est in vsu; & sequendum.

\* *Esse* *Sot. d. 13. q. 1. ar. 3.* *Et Nec* *abrogatum est vsu decretum Conc. 3. Brach. c. Eccles. d. 23. quod præcipiebat Sacerdoti, vt stola ornatus Euch. sumeret. Turrecr. in c. Eccl. Azor. l. 10. c. 31. q. 12.*

32 Potest Presbyter, & Diaconus in necessitate seipsum communicare.

\* *Subdiaconum, & laicum in necessitate posse alijs Eucharistiam exhibere, ait Val. l. c. d. 6. q. 10. p. 1. contra Sot. & alios: humano enim iure*

iure ar  
consecr.  
manus  
os ing  
pag. 47  
nis, &  
accepta  
die ma  
tali Eco  
guit. Ba  
ex Tert.  
tremis  
puerun  
Alex. ip  
Putar  
{Negar  
33 Si q  
ficut ill  
cecidit  
seruire,  
34 Vt a  
sit lum  
est tam  
habet p  
\* Nu  
ras defe  
& hor. e  
35 Non  
choro M  
festo al

iure arcentur laici à tactu Euch. c. *Peruenit de consecr. d. 2.* quare olim Sacerdos in fidelium manus Eucharistiam dabat, quam illi sibi in os ingerebant. *Baron. ex Cyrillo, & alijs to. 1. pag. 472.* immò sæuientibus in fideles Tyrannis, & particulas consecratas à Sacerdotibus acceptas domum deferrebant fideles quotidie mane à se sumendas; qui mos in occidentali Ecclesia vsque ad Hormisdæ tempora uiguit. *Baro. ibid. vide etiam Bell. l. 4. c. 4. de Euc. ex Tertul. Ad Serapionem quemdam in extremis laborantem ægrotans Sacerdos per puerum Euch. misit. Euseb. l. 6. c. 36. ex Donyf. Alex. ipsa ad Fabium.*

Putant } *Suar. quoque d. 72. sect. in fine.*  
 Negant } *Vide Vual. de Euch. nu. 90.*  
 33. Si quid Sacramenti cadat in linteum, sufficit illud lauari: quòd si non reperitur, quod cecidit fortè in tapetum, non prohibetur id seruire, vt antea, profano vsui. \* *Vide rubricas.*  
 34. Vt ante Sacramentum in Ecclesia semper sit lumen, etsi nullum est Iuris præceptum, est tamen consuetudo vniuersalis, quæ vim habet præcepti.

\* Nullum in iure præceptum, nisi cum foras deferatur. c. *Sanè de celeb. missarū. Nau. de orat. & hor. can. c. 18. nu. 67.*

35. Non potest quidem Euchar. asseruari in choro Monialium; sed potest ex causa vt in festo aliquo ex licentia Prælati illic exponi apertè

apertè, ad deuotionem illarum.

\*Choroꝝ *Trid. sess. 25. c. 10. de reg.*  
Addit. ꝛ *Nicena Syn. 1. can. 14. alias 18. aut 20.*  
statuit, vt absentib. Presbyteris Diaconi Eu-  
charistiam porrigerent. *Vide Bell. l. c.*

Si ægrotanti Sacerdoti Diaconus in neces-  
sitate Eucharistiam deferat, suis sibi manibus  
illam sacerdos ministret. *Dur. 4. d. 13. q. 4. Sua-  
rez l. c. d. 72.*

Sacerdos, si, sine necessitate, ex deuotione  
velit sumere diuinum corpus, & nullus adfit  
Sacerdos, potest ipse sibi, semoto scandalo,  
minister esse: *Suarez l. c. Caiet. & alij.*

Infirmus in diuturno morbo etiam non  
ieiunus, si ieiunus nequeat, potest, quoties ex-  
pedire videbitur cœlesti pane, pro viatico re-  
creari. *Suar. d. 66. sect. 5. Vial. de Eucharist.  
num. 158.*

Diaconus sanguinem ex officio, corpus in  
necessitate, vel ex commissione ministrat.  
*Sot. l. c. Vial. l. c. num. 90.*

Infirmus vomitum patiens potest adora-  
re Eucharistiam; non recipiet tamen inde  
gratiam ex operato; qui si illam oscularetur  
peccaret, & nescio, an mortiferè, inquit *Sot.  
l. c. art. col. 3.*

Ostauo quoque die, etiam interdicti tem-  
pore, renouandum est Sacramentum, *ex ca.  
Permittimus de sent. excom.*

Sacerdos non ieiunus potest perficere sa-  
crifici-

erifici  
reptus  
sect. 6.

Qu  
quindo  
comm  
rez d. 7.

Euc  
schatis  
Reclan

EX

tu  
de Petre

Excom  
In

EX

d  
fove à  
legitim  
pellari  
diciona  
ante ea  
bili.

\*A

Leg

Pot

Qui

erificium inchoatum ab eo, qui morbo correptus est. *Conc. Tolet. 7. c. Nihil. 7. q. 1. Sua. d. 66. sect. 6.*

Qui futurum videt, vt nequeat intra dies quindecim paschali communioni destinatos communicare, non tenetur præuenire. *Suarez d. 70. sect. 3.*

Eucharistiam indignè sumens in die Paschatis satisfacit præcepto. *Azor. l. 7. c. 41. q. 2.* Reclamant alij.

## EXAMEN.

**E**Xaminari non oportet eum, quem notum est esse sufficientem. *Vide glo. d. 47. de Perro.*

*Excommunicatio, vide Clericus, Furtum, Interdictum, Missa, Sacramentum.*

**E**Xcommunicatio est nulla, si sit lata, à denunciato excommunicato. suspensio à iurisdictione, aut interdicto, aut post legitimam appellationem, (potest verò appellari etiam post excommunicationem conditionalem ante impletam conditionem: quia ante eam non ligat) aut cum errore intolerabili.

\*A Denuntiato } *Nau. c. 27. nu. 7.*

Legitimam } *Sayrus. lib. 1. c. 16.*

Potest } *ibid. nu. 24.*

2 Qui post excommunicationē appellat, nō potest